

Die Visitation der Polnischen Zirkarie durch Abt Kaspar Questenberg im Jahre 1617

In der « Bibliothèque Publique » de Nancy findet sich unter den Archivalien, die aus der Abtei Pont-à-Mousson stammen, ein « Registrum Abbatum Stae. Mariae » ¹⁾. Der Untertitel dieser überaus wichtigen Briefsammlung lautet: « Liber variarum litterarum seu copiarum ab abbatibus vel ad abbates Stae. Mariae in Nemore, vel Maioris Mussipontanae, vel ab aliis et ad alios scriptarum ». Wir haben hier die Korrespondenz des Abtes Servatius de Lairuelz vor uns, in der ein Ringen um die Reform in- und ausserhalb Frankreichs sich widerspiegelt. Dazu kommen zahlreiche Antworten in- und ausländischer Prälaten, ein ganzes Bündel von Briefen Abt Questenbergs ²⁾ und anderer böhmischer Aebte, Briefe des Gene-

¹⁾ MS 1005, in-4^o, 212 beschr. Folia. — Fol. 1/53; 171/92: Korrespondenz und Akten betreff der Lothringischen Reformkongregation « Antiqui Rigoris ». Fol. 55/166 ist der Briefwechsel zwischen Lairuelz, dem Ordensgeneral und ausländischen Prälaten, die Ordensreform in Böhmen, Bayern und Polen betreffend (cf. Anal. Praem. IX (1933) pp. 33/37). Fol. 193/99: Abbatis Strahoviensis responsio ad litteras parochorum Teplensium, circa quaestiones reformationis. Fol. 200/16: Briefwechsel zwischen Abt Thienville von Pont à Mousson und dem Kloster Allerheiligen. 206/12: Abt Luckenrath von Steinfeld berichtet 14.7.1648 in einem Brief an Abt Thienville über die Verehrung des Sel. Hermann Joseph, über den schriftstellerischen Eifer der Brabanter Zirkarie, über den Stand seiner eigenen Zirkarie, und über Injurien, die neuerdings ein Jesuit namens J. Emsius in einem in Dillingen gedruckten Buche « Eclipsis astri inextincti » gegen unseren Orden gerichtet habe.

²⁾ Kaspar von Questenberg, Abt v. Strahov 1612-40, der eifrige Wiederhersteller des Ordens in Böhmen und Sachsen, war auch sonst in jeder Hinsicht eine der hervorragendsten Gestalten im Orden. Interessant ist, was er u. a. am 12.11.1616 an Lairuelz über die geplante Errichtung eines Klosters in Rom schreibt (vgl. HUGO I 148/54, *Monasticon Praem.* I 396). Er meint, dies sei eine Gefahr für die Autorität des Generals: « Quid enim interest, si absentes emancipationis privilegia inveniunt, quia praesentes, Apostolico roborati diplomate, quod facili

ralabts Gosset, Briefe des Nachfolgers von Lairuelz, Petrus Thienville, kurz, eine Fundgrube der Geschichte unseres Ordens in der Sturmzeit seiner inneren Erneuerung im 17. Jahrhundert.

Wie bekannt, visitierte Abt Lairuelz im Auftrag des Generalkapitels fast ganz Deutschland ³⁾. Nach Polen konnte er nicht gelangen, und so beauftragte er Abt Questenberg von Strahov, dort eine Visitation vorzunehmen. Der Bericht über diese 1617 erfolgte Visitation wird hiermit veröffentlicht.

LITTERAE ABBATIS QUESTENBERG AD ABBATEM SERVATIUM DE LAIRUELZ
(Registrum Abb. Stae. Mariae pp. 132/37)

« Adfuerunt mihi Religiosi Fratres, et Rmi. Patris Generalis nostri voluntatem dixerunt. Iidem meo consilio hinc in Moraviam sospites transierunt, inde per Bavariam redituri, ut porro iter prosequantur. Litteras et devotionis munusculum nomine admodum Rdae. Paternitatis Vrae. dederunt, et affectum in me singularem pluribus testati sunt. Ago maximas gratias, daturus operam ut, si quo modo possim amore et benevolentia Rdi. Dni. Confratris me dignum reddam, Capituli Generalis indictionem reverenter audivimus ⁴⁾, quid desiderem testabor pluribus tempore opportuno. Multum doleo sterilem Poloniae peregrinationem congressus nobis occasionem sustulisse. Valde velim, ut mutuo alloquio et iunctis consiliis quaedam decernantur, quae religionem iuvent. Quod nisi fiat, parum proficimus. Crescat licet numerus, ceremoniis assuescant, ab observantiis non deflectant, sic iussi et moniti pareant praesidentis imperio, nocturnas preces et diurnas frequentant, a verae paupertatis semitis non aberrant, et omne agant quod religiosum condecet ⁵⁾. Etsi nunc his in partibus (Dei beneficio) Ordo aliquantulum reviviscat, tamen vix bene sperare lubet de aeterna proxima. Nec aliud ominor nisi tenebras, si uno alterove inspectore destituantur. Necessarium plane, ut cuiuslibet Provinciae novitiatus sit in quo adolescentes prudentis

momento poterunt, in has et posteriores partes progressi, ius sibi Generalis arrogant, et visitatione non proba, pro more gentis illius, nos aliosque conturbent et confundant » (Registrum Abb. Stae Mariae Korr. Questenberg).

³⁾ Vgl. E. MARTIN, *Servais de Lairuelz et la Réforme des Prémontrés*, Nancy 1893.

⁴⁾ Das Generalkapitel von 1618.

⁵⁾ Einige nichtssagende Gemeinplätze dieser Art sind hier weggelassen.

et boni magistri dulci simul et seria censura firmentur. Mox professi, humanioribus studiis applicentur, ut porro ad theologiae arcanum transeant. Quod ni fiat, iterum iterumque contestor, religiosi nostri non nisi pictae tabulae. Velim itaque, ut generaliter Capituli auctoritate aliquid decernatur, erit id in religionis nostrae candidae gloriam aut confusionem. Ceterum si Capitulum (quod nolim) armorum strepitus involvit, iubeat Rmus. Pater Generalis auctoritate qua praesidet. Nos enim illam his in partibus sacrosanctam dicimus. Dum cunctamur et procrastinamus, maximo dispendio iuvenum aetas fugit, et sensim mors obrepit, his (cum Deo loquor) qui sic vindicant, alio forte iudicio successoribus diversum desiderantibus. Sunt et alia, de quibus scripsi alias, scripturus eadem, dum indicti Capituli dies appropinquavit.

Polonia nostra misera est et squalida. Gravi iacet oppresso servitute Praemonstratensis religio. Rex et episcopi omne sibi ius arrogant ⁶⁾. Hic praelatos constituit ex aulicis, quos familiares habet, illi visitationem exsequuntur, patribus Ordinem professis vix quicquam deferunt. Divisione constituta ⁷⁾ praelati abundant, professis vix in necessitatem sufficit. In templo neglecta omnia. Monasteria passim in ruinam propendunt. Pietas exulat, et piget plura prosequi. Virginum tamen monasteria, quorum numerus maior, florent. Sed parum probe ad institutum Praemonstratensis regulae, Episcopis vel praelatis pro arbitrio disponentibus. Manent iunctae duae aut tres in una cellula, plures enim admittunt quam locorum angustiae patiantur. et verendum profecto. ne quibusdam in locis aedificii subita ruina, maior aliqua congregationis pars opprimatur. Ubi nostratibus vix commoditas sufficeret ut convenienter 12 vel 13 locarent, illic tamen 60 et amplius est numerare. Vivunt autem et necessitatem levant partim ex assignatis sibi portionibus, partim ex dote, quae virginibus Christum quaerentibus a parentibus assignatur. Ubi nec si quidem sufficiunt, eleemosynas conquirunt, sane contra decorem Praemonstratensis instituti. Et tamen sic habet gentis illius consuetudo. Virgines ipsae pietatem cum lacte nutricis suxisse videntur,

⁶⁾ Siehe BACKMUND, *Monasticon Praem.* I 329 ff. Die Kommende wurde in Polen seit dem 16. Jahrhundert allgemein, die Bischöfe und Kommendataräbte suchten jede Einflussnahme ausländischer Ordensobern auf die von ihnen ausgebeuteten Klöster auszuschalten.

⁷⁾ Die Teilung der Güter in eine Mensa abbatialis und eine Mensa conventualis.

in mille scrupulos faciles, nec durae, ut exhortationis verbo pareant. Haec in genere. Caeterum hinc ego abii Strzelnam ⁸⁾, Ordinis nostri monasterium in dioecesi Wladislaviensi, cui praesidet Dominus Gabriel Kielczewski, vir integer et rectus, testimonium habens ab omnibus conversationis integrae. Professionem volens emisit in manus nunc Illmi. Archiepiscopi Pragensis quondam loci visitatoris ⁹⁾, et hactenus Vicarii partes in regno exequitur. Nec diligentiam nec fidem in illo desideramus, licet a causa quam supra scripsi, parum profecerit. Hic 50 collectas habet Christi sponsas, quibus vere sollicitus pater providet, temporalia simul et spiritualia bonus et fidelis servus dispensans, paterna haereditate et oeconomiae seria inspectione ac honesta frugalitate monasterium locupletavit. Unus ille zelo zelatus est hactenus pro libertate gentis nostrae. Clausuram firmavit, et in futura tempora disponit. Sed accentum religionis ignorant, et aliis multis in partibus peccant vel ignorantia vel zelo, licet non pravo, tamen non secundum scientiam, dum maiora Deo offerre disponant, neglectis iis, ad quae tenentur. Hic officium visitatoris ex integro executus sum, et facienda monui. Inde porro digressus, eodem Domino praeposito comitatus, veni ad Lencicense monasterium ¹⁰⁾, Dioecesis Archiepiscopatus Gnesniensis, nec illic quisquam prohibuit. Monasterium illud ante annos 12 circiter coepit, vivit adhuc fundator, si illud nomen permittitur ¹¹⁾. Aedificavit ecclesiam, idque ex collectis eleemosynis, coemerunt domos, et partem iam in usus conventus formarunt, in reliquo, quantum liberalitate piorum illis suffragante possunt, subsequuntur, virgines (ut interpretor) integrae et mentis rectae. Sed si statuta inspicimus, loca quae necessariis officinis destituuntur, recipere prohibemur. Franciscanorum hic ritus magis quam Norbertinae gentis. Fundatore mortuo, cedit virginibus haereditas, quam suffecturam paucioribus existimant. Cum si stabilitum esset et Archiepiscopi et Regis consensu, mihi quicquam mutare non licuit. Visitavi tamen et officium feci, quin et clausura arctius firmavi, exhortationes etiam verbo dato, perreximus Gnesnensem Archiepiscopum regni primatum salu-

⁸⁾ Strzelno b. Inowraclaw, Frauenkloster 1149-1838. Cf. BACKMUND, o. c. I 345/46.

⁹⁾ Johannes Lohelius, 1586-1612 Abt von Strahov, 1612-22 Erzbischof von Prag, siehe K. PICHERT in *Anal. Praem.* III (1927) 125, 264, 404.

¹⁰⁾ Leczyca, Nonnenkloster bei Lodz, 1609-1819 (BACKMUND, o. c. I 342).

¹¹⁾ Nicolaus Szczawinski, ein am Ort ansässiger Edelmann (ebd.).

turi. Admisit nos statim ipsa vigilia Pentecostes, qua venimus, in occursum procedens. Audivit adventus mei causas, et cognita Rmi. Generalis voluntate, stomachabundus aliquantulum questus est de religiosorum insolentia, quae reprimi nonnisi loci ordinariorum inspectione possit. Visitoris officio tarde attendere, nec posse illos, in hoc praesertim regno, quicquam decernere, nisi Ordinariorum brachio implorato, et plura in hunc sensum, quibus coeptum visitationis cursum inturbare videbatur, opinione forte non mala. Protractum dein est colloquium, donec ad sollemnes vespervas vocaretur. Perreximus simul eodem curru cum illo. Altera die ad prandium redire iussi, ante et post consessum sequentis diei emollitus, nostris cessit rationibus, et magna honoris demonstratione nos amplexatus, in consummationem coeptae visitationis benedictione firmavit. Non nisi unum supererat ditionis monasterium, videlicet Vitoviense, religiosorum fratrum, quod in commendam traditum est Rmo. Ottoni Schenking¹²⁾, episcopo Wendensi et Livoniae, cum venimus loco, aberat. Conventum tamen ingressi, nihil quod nostrarum est partium, intermisimus. Confusio hic et chaos, sordidissima omnia. Movi priorem, alium dedi, et leges scripsi, sensum littera A docet¹³⁾. Inde longis itineribus et sumptu magno ad Varsaviam perreximus, regem et reginam salutaturi. Clementer auditi sumus, et adiuti litteris, quibus nos episcopis commendabant. Plocensis Episcopus in dioecesi sua iuxta civitatem Plocensem unum habet monasterium¹⁴⁾, aegre nos admisit, et vix tandem consensit. Sere-
nissima regina patrocinante, ad extremum magno benevolentiae affectu et nunc et quibuscumque vellem temporibus, et voce et scripto, visitare me iussit, et benedictionem ad opus feliciter consummandum impartitus est. Venimus in locum, et praedecessoris episcopi, nunc episcopi Cracoviensis, praesumptione, magnam religionis nostrae iniuriam illatam doluimus. Articulos ab illo praescriptos sustuli, iustissimis de causis, et alios dedi. Virgines quasdam

¹²⁾ Ueber die Abtei Witow bei Piotrkow siehe BACKMUND I 346/48. Otto Schenking war mit zwei Unterbrechungen Kommendatar von 1601-29.

¹³⁾ Abt Questenberg hatte diesem Brief noch zwei Beilagen hinzugefügt, Littera A, B und C, von denen weiter unten noch die Rede sein wird. Sie sind, wenigstens in unserem « Registrum », nicht mehr erhalten.

¹⁴⁾ Das Nonnenkloster SS. Maria Magdalena in Plock bestand von ca. 1160 bis 1819, und wurde dann nach Czerwinsk verlegt, wo es 1902 einging. Cf. BACKMUND, o. c. I 344/45.

professionem repetere iussi, a causa, quod in illa praestanda a substantialibus aberrassent. Virginem priorissam ab officio absolvi, et ea feci, quae in commodum dictae congregationis cessura sperabam. Praepositus illic homo nullius iudicii nec scientiae, arbitror nec pietatis, qui praesentium amore futura cogitat. Profecti hinc sumus Cracoviam, Regni metropolim. Episcopus loci multa impotenter questus est de iis quae egeram in visitatione monasterii Plocensis, et numquam se permissurum contestabatur, ut in Cracoviensi dioecesi, nunc sua, visitarem. Aiebat, me egisse cuncta in personae suae iniuriam, ut qui sollicitus annis aliquot monasterium Plocense curasset, et priorissam dedisset bonam, canonicè electam, quae processu non formato, male deposita sit, querelas se dicturum Pontifici Maximo. Narrabat dedecora, quae quondam in illo monasterio fiebant, et quod ipse secretis interrogationibus cognoverat, circum-sedentibus multis canonicis exaggerabat. Respondi solide, quod res erat, et trium circiter horarum colloquio fatigatus, in hospitium reversus. Idem scripto contestatus sum semel et iterum, dumque ex composito sumptuum iactura, responsum protraheret, rogavi scripto, ut voluntatem diceret, ut littera B ostendit. Tandem invitat ad prandium, et responsurum se pollicetur. Venimus, consensum negat, multis hinc inde, pro cuiusque parte rationibus productis, altercatum est, sed maior illa potentia vicit, ut responsum dicit futile et inane, cuius copiam tribuit charta C littera signata. Itaque domum redimus, exiguo peregrinationis nostrae fructu. In hac dioecesi sex ad minus monasteria numerantur nostrae religionis ¹⁵⁾. Necessum, ut Pontifex Maximus dirimat. Rmus. Pater Generalis pro sua prudentia disponat, nescio quid ultra velim. Moriente, quem praedixi, Dno. Praeposito Gabriele Strzelnensi, nemo erit qui venientes hospitio recipiat, qui viam monstret, qui se interpretem iungat, illius enim respectus plerosque movit. Celeritate itaque opus est. De his omnibus ad Pontificem Maximum nunc quidem refero, sed supplico Rmo. Patri Generali, ut me absolvat, non enim possum in omnia patrum dispendio prospicere. Et quidem si de successione quaeritur, ignoro quid respondeam. Gens enim illa per externos magis quam domesticos vult regi. Unum est monasterium Sti. Vincentii in Vratislavia, quod si Ordinis iurisdictionem agnosceret, et

¹⁵⁾ Nämlich die Abteien Hebdow und Nowysacz, die Propstei Krzyzanowice, und die Nonnenklöster Imbramowice, Busko und Zwierzyniec (BACKMUND, l. c.).

praelatum haberet tali loco et munere dignum, Polonis e viciniore loco facile succurreret, sed nunc pro dolor, et ibi caecitas. Scribo de loci illius statu pluribus ad Rmum. Generalem ¹⁶⁾ litteras admodum Rda. Paternitas Vestra cum implexerit, observatas rogo mittere non gravetur, et me adiuvet, ut aliter de Poloniae regno disponat, idque celerrime. Forte Admodum Rdam. Dominationem Vestram venientem cum saepefato Dno. Praeposito Strzelnensi admitterent, quod tamen ne laqueum iniecisse videar, vereor ne non fiat, nisi forte absolute Summus Ecclesiae Pastor decernat. Hactenus de Polonicis. Volumina magna scribenda superessent, sed hac rerum summa. De Moravicis et Bohemicis scripsi alias, oculati testes cum redierint, pluribus ordinem rerum testari potuerunt. Levidense munusculum per Rdum. Patrem Claudium Rdo. Dno Confratri misi, illud oro non a pretio, sed ab animo meo aestimet. Amo et veneror admodum R. D. Confratrem si quisquam alius, sed et ab illo me amari pretiosum aestimo. Pauci pro dolor religionis nostrae gloriam propagatum eunt. Tarde succrescit unus et alter, qui et ipsi plerumque libertatis occasione evanescunt. Hinc fundi nostri calamitas. Admodum Rdum. Dnum. Confratrem Clementissimi Dei tutela, et me eiusdem Ssmis. precibus humillime commendo. Datum Pragae, 18a Oct. 1617. Adm. Rdae. Dom. Vrae. Humillimus Conservus Fr. Casparus de Questenberg, humilis abbas in Strahow ».

Auf diesen Bericht Questenbergs hin schrieb Lairuelz einige Zeit später an den Propst von Strzelno, und drückte den Wunsch aus, persönlich in Polen eine Visitation vorzunehmen. Der Propst antwortete nicht mehr, er starb 1623 ¹⁷⁾. Sein Nachfolger Samuel Sierakowski antwortete endlich unterm 4. August 1624 ¹⁸⁾. Er riet von der Reise ab, da die Pest im Lande herrsche. Er erzählt auch unter anderem, dass polnische Jesuiten die « Optica Regularium »

¹⁶⁾ Unter der obenerwähnten Korrespondenz Questenbergs mit Lairuelz findet sich ein Visitationsbericht des ersteren über die Abtei St. Vinzenz in Breslau von 1616 (s. über diese Abtei, BACKMUND I 334/37) und sein « Libellus supplex Archiep. Joannis Lohelii ad Summum Pontificem pro visitatione monasterii Sti. Vincentii an. 1617 ». St. Vinzenz war seit dem 15. Jahrhundert ausserhalb des Ordensverbandes.

¹⁷⁾ Die Angaben bei BACKMUND, *Monast. Praem.* I 346 sind dementsprechend zu korrigieren.

¹⁸⁾ Registrum p. 139/40.

des Abtes Lairuelz ¹⁹⁾ in die Landessprache übersetzt hätten, zum Gebrauch der Schwestern von Strzelno, und sie hätten dann diese Uebersetzung ohne sein Wissen denselben zukommen lassen. Der Propst schreibt wörtlich: « Hanc (scil. versionem) ego certis ex causis ab ipsis amovendam duxi, existimans, eas non posse absque magno in pacificanda conscientia scrupulo ad mensam legere » ²⁰⁾.

Ob Lairuelz bzw. der Generalabt in diesen Sachen noch weitere Schritte unternommen haben, ist aus dem « Registrum » nicht zu ersehen.

Fr. Norbertus BACKMUND, O. Praem.

¹⁹⁾ Pont-à-Mousson 1603. In diesem Buch schuf Lairuelz ein aszetisches Handbuch für den Orden.

²⁰⁾ Man hat den Eindruck, dass die « grassierende Pest » nur ein Vorwand, und eine gewisse Eingenommenheit gegen Lairuelz, vielleicht auch Angst vor der Visitation der wahre Grund für die Haltung des Propstes sei. Abt Questenbergh hatte also scheinbar recht prophezeit, dass nach Propst Kielczewskis Tod für die Zirkarie nicht mehr viel zu hoffen sei. In der Tat war die polnische Zirkarie eine der wenigen, die von der Erneuerungsbewegung des XVII. Jahrhunderts unbeeinflusst blieben.